

endo, se gesserit. Vid. *B. Dilherr. Eclog. p. 205. & seq. 216. & seqq.*

MICULA XIII.

Etsi Marcus cap. XV, 34. verba Crucifixi ϩⲁⲓ ϩⲁⲓ
 interpretatur ipsemet ϩⲁⲓ ϩⲁⲓ ϩⲁⲓ? ta-
 men nihil obstat, quo minus etiam anteriora sint Sy-
 riaca, cum illa Syriaicum Antiochenum, hæc Hiero-
 solymitanum sapiant. Ut ergo Mathæus & Marcus
 Salvatorem quasi coram loquentem, & in lingua sua
 vernacula clamantem sisterent, vocabula Syriacantia,
 ille quidem ἠλὶ, ἠλὶ; hic autem ἑλωὶ, ἑλωὶ Textui
 inseruerunt. Proin Sarcasum istum (Hic vocat Eliam)
 tribuunt alii, dum Matth. XXVII, 48. Marc. XV, 36.
 coll. cum Joh. XIX, 23, 29. expendunt, militibus Ro-
 manis, utpote qui ex ignoratione linguæ putaverint,
 quod Christus, ita loquens, vocaret Eliam, quique sæ-
 pius audiverint Judæos, de Elia quodam venturo, ver-
 ba facientes. Alii vero id negant, cum militibus Ro-
 manis Elias parum fuerit notus; adeoque Sarcasum
 istum malunt assignare ipsis Judæis, utpote probe scien-
 tibus, quod Christus Johannem Baptistam, ab Herode
 interfectum, nominasset Eliam. Vid. *Erasm. Schmid. ad
 Marc. XV, 35.* Hos itaque suspicantur ex mera petu-
 lantia & malitia pervertisse vocem Eli vel Eloï, ut dice-
 rent, ipsum vocare Eliam. Liquet ergo, Pontificios
 quosdam ex hoc loco perperam inferre, in more tunc
 positum fuisse apud Judæos, ut Sancti invocarentur.
Ravanell. Biblioth. voce ELL.

MICU-